

fo fato pressa nè le ho relecte; *parcatis male scripti.*

Sottoscritta :

Servus vester inutilis presbyter JOHANNES MARIA DE CORTESIS.

A tergo. Venerabili in Christo patri, domino presbitero Francisco de Travulis, et magnificis Hospitali pauperum.

Venetiarum.

362

Duci Urbini.

Dilecte fili salutem etc.

Hucusque ad Nobilitatem tuam saepius non scripsimus, quod, tua virtute prudentiaque freti, non admodum necessarium esse arbitrati sumus ut te in rebus istis curandis munereque tuo obeundo nostris admonerimus, aut hortamur litteris, quin ea a Nobilitate tua semper expectavimus quae a fortis strenuo que duce expectanda nobis fuerunt. At, si non eum adhuc exitum res consecutae sunt quae initio belli huius forsitan sperabamus, quod quidem ad Nobilitatem tuam tuasque partes attinet satis compertum habemus, per te numquam stetisse quominus res ex sententia successerint. Verum, id Dei voluntati attribuimus, ita tamen ut sicuti par est omnia in meliorem partem accipientes. Ei acquiescamus deque ea meliora semper speremus. Nunc autem, cum harum rerum ordo et status nobis et confoederatis nostris, ut te latere non debet, immutandus esse videatur viresque et praesidia quae istis in locis sunt. in loca haec conferenda, et cum his copiis ad eas novas expeditiones suscipiendas aggrediendasque quas etiam satis tibi esse notas existimamus, in unum coniungenda sint, eamdem Nobilitatis tuae prudentiam virtutemque maximi semper facientes, cuperemus et quidem summopere tuum quoque de his novis nostris et confoederatorum nostrorum consiliis deliberationibusque iudicium ac sententiam ex Nobilitate tua intelligere. Propterea que has litteras ad te scripsimus, atque ad nostrum huiusmodi desiderium plane explendum nihil aptius nobis visum est, quam cum litteris ipsis dilectum filium Jo: Mariam oratorem apud nos tuum ad te mittere, ex quo eadem nostra omnia consilia et deliberationes, si quae te forte latent, copiose fideliterque cognosceres, cuique eadem fide quid de eis sentias libere explicare pos-

ses; quod ut facere amanter et diligenter velis Nobilitatem tuam omni animi studio adhortamur. Est enim nobis id vehementer gratum comuni auctoritati nostrae et confoederatorum nostrorum causae cum qua tua quoque privata coniuncta est causa 362* non parum utile; nam, ad caeteras res quae tibi curaeque tuae relictæ aut demandate fuerint, non quidem neque a nobis neque a quovis alio Nobilitatem tuam hortandam ducimus, sed eumdem te in omnibus futurum confidimus, qui hucusque fuisti prudentissimum, videlicet diligentissimum, et huius Sanctae Sedis dignitatis Italiaeque libertatis, sine qua ad communem christianitatis pacem et tranquillitatem quo omnia haec intenduntur deveniri non potest, studiosissimum. Quam nostram de te opinionem et fidem, et semper tenuimus et constanter adversus malivolorum sermones iniquissimasque suspitiones sumus retenturi; teque eo amore paternique et grati animi studio amplexuri, ut in quo te animo libero et tranquillo esse iubemus in eo, statum et dignitatem tuam non modo conservare verum etiam amplificare cupidos et paratos nos esse cognoscas; quod ut tibi persuadeas, magnopere a te petimus sicuti ab eodem oratore tuo tua Nobilitas plenius intelliget, cui fidem summam habebit.

*Datum Romae etc. Die V. Januarii
MDXXVII.*

Di Roma, di l' Orator nostro, di 5. Oltra 363 quello ho scritto di sopra, è che'l signor Renzo da Cere, qual vien di Franzia, era zonto a Civitavecchia amalato, et di brieve voria li a Roma. Il Papa è di animo forte di difendersi, conoscendo esser la verità quello se li aricorda per nui. Promette a far ogni suo possibile; exorta questo Stado a far passar il Capitanio nostro zeneral con le zente Po, et fazino valentemente. Ha scomunicato el Vicerè et li baroni et altri del reame; et fata la scomunica è stà posta su le porte di le chiesie iusta il solito. Serive, esser zonto qui il nepote del Zeneral di San Francesco qual vien da Napoli. Ha referito al Pontifice, il Vicerè contenta far la pace con il Papa et con la Signoria nostra, zoè trieva; ma vol Parma et Piasenza et overo Hostia o Civitavecchia, et ducati 200000 per pagar le zente; li qual danari, oltra il Papa li dagino fiorentini, senesi, luchesi et il duca di Milan, dovendo restar nel Stado; et da la Signoria nostra voleno ducati 120 milia che altre fiate li hanno oferto di dar; et che le differentie si ha con l' Archiduca si remetino nel Papa et ne l' Imperador. Item, che al cardinal Colona et a li signori Co-